



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Licet ne usuras accipere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

partem fructuum, si tamen fundus id onus sustinere possit, & seruetur in emptione mediocris æqualitas. Ac tales emptiones non fiunt uitiosæ pacto redemptionis. Cum igitur maneat natura emptionis, etiamsi tale pactum accedit, licet emere, uendere, & possidere fundos aut redditus cum pacto de reuendendo.

## DE VSURIS.

Licet ne usuras accipere?

**N**on licet. Quia Christus inquit, Mutuum date, nihil inde sperantes. Et lex prohibet Deuteronomio 23. Fratri tuo absque usura mutuabis id quod indiget. Et psalmo. 14.

**Usuræ qd** Qui pecunias suas ad usuram non dedit. Et Ezechiel. 18. Sunt autem usuræ, quando in mutuatione paciscimur, ut aliquid supra sortem nobis propter ipsam mutuacionem detur. Ideo autem sunt iniuste usuræ, quia exigitur non debitum, Soluens enim mutuum nihil amplius debet, & tamen amplius exigitur pro nulla re. Ergo non seruetur æqualitas. Et hæc causa est, cur usuræ exhauriant ciuitates, quia sceneratores auferunt plurimum, pro quo nihil recipit soluens. Non potest igitur talis comunicatio esse perpetua, cum non sit mutua compensatio.

ES